


8
1712

1183



Hec sunt quatuor flumina
manantia a paradiso

Ganges	}	perfluit	}	Indiam
Nilus				Ethiopia et Egyptus.
Tigris	}		}	Affrica et Armenia
Euphrates				Melane et persia.



7

Horulus Elegātia

rum Magistri Laurentij Cornini
Novoforensis . partim ex Marci
Tullij Ciceronis surculis : partim
ex suo germine consitus . In cuius
fine describitur Cracovia Polonie
Metropolis carmine Sapphico.

Has tibi Sarmaticum. doctissima croca. sub arenam.
 Cornuus leto mittit ab orbe notas
 Hinc tibi Bresla potens et in edibus inclyta sacris
 Menia praeceptis tollit ad astra iugis
 Scilicet alma meum rude pectus mater alebas
 Gnati primitias excipe queso tui
 Quas mens ethereo non sat madefactus ab imbre
 Sole nec aprico parturit vstus ager.
 Dum mihi castalij fundet plus rois Apollo
 Et mea sub tepido rura calore coquet
 Ipse sub Autumni tibi sidere vitibus hortum
 Plenaq; maturis fetibus arua dabo.

**Lau. Cornuus. Academiae Craco
 viensis Studentibus. S. D.**

c Um quod pluris facere vestra in bonis artibus eru
 ditione habeam nihil. ex Tulliano vobis viridario
 paucos et eos quidem pulcherrimos latini virous
 delegi flosculos in hunc hortulum consitos. quibus
 dum incultu literaru rubu ornaueritis. multu ille decoris pre se
 feret. more q; candetis rosarij no paululum incundissimi spira
 bit odoris. Quobrem posteaq; diurnum laborem in sacerri
 ma Minerve palestra confeceritis. ad Solis occasum in her
 bosis huius Hortuli locis et densi graminis thoro refrigerium
 accepisse maiorem in modum conducet. Dehinc inter varias
 herbulas et letissima vireta flores pro arbitratu vestro decerpi
 te. et famem vestram fructu suauitate eximite. q; si vobis fan
 ces pre siti aruerint per obliqua hortuli deuera pergite. Scatu
 rit ibi fonticulus vitreo latice placidus. qui per umbrosam
 frondentis dum conuallem leni susurro delapsus. dulcissimas
 gustu euomit vndas. quas si potaueritis erit id vobis mari
 me voluptati. Valet et me vt consuestis amate. Ex Viaticis
 via Prudie Nonas Septem. Anno. M. D. vij.

s Cripturi aut locuturi per verbu futuri temporis. qd
 precedit hec coniunctio. q; cu nominatio vel nomina
 tivis coniunctionem illam sequentibus. Si abiecta

coniunctione nominatum vel utōs. mutaveritis in actū seu actōs. et loco verbi futuri ep̄is scripseritis aut protuleritis suū participiū etiā futuri temporis. sic. q̄ illud conformet̄ in numero. genere. et casu. actō vel actis prelocatis. lepidā valde reddetis orationem vestram. Exemplo vobis sint in primis scripta Ciceronis. a quo omnis latine eloquentie venustas velut a copiosissimo fonte profluit. Dehinc varia subiungā exempla eloquentiam vestram non mediocriter auctura. inculto tamen sermone prius posito. ut ad oculū perspicere poteritis. quo vobis pacto illepidā oratio elegantiarum flore sic decoranda.

Incultus sermo.

Lentulus scribit q̄ mee litere maximā apud te pondus habebūnt

Cicero ad Appium pulchrū imperatorem.

Lentulus scribit meas literas maximū apud te pondus habituras.

Incultus sermo.

Promitte q̄ tu omnia facies propter me.

Cicero ad Allienum proconsulem.

Polliceare te omnia facturum mea causa.

Incultus sermo.

Tantum habeo promittere q̄ ego tibi absenti tuisq̄ presentibus abundanter satisfaciam.

Cicero ad Lentulum proconsulem.

Tantum habeo polliceri me tibi accumulate satisfacturum.

Illepidus sermo.

Confide q̄ ego tibi tuisq̄ nunq̄z deero.

Lepidus sermo.

Confide me tibi tuisq̄ nunq̄z defuturum.

Incultus sermo.

Intelleri. q̄ vos hodie ad Cracoviense Gymnasium recedetis. concedetis. abibitis. discedetis. proficiscemini.

Lepidior sermo.

Accepi vos hodie ad Cra. Sim. recessuros cōcessuros acturos discessuros. profecturos.

Incultus sermo.

Hoīes aiunt q̄ Petronius ex vībe ad patriā nunq̄z redibit. revertetur

Cultus sermo.

Sama it Petroniū ex vībe. ad patriū solū. ad natale solum. ad patriū larem. ad patrios penates. nunq̄z esse rediturum reuersurum.

Incultus sermo.

Promitto tibi q̄ ego in om̄ibus rebus tibi adero. tibi prodero.

Cultus sermo.

Spondeo me in om̄ibus rebus tibi affuturū. tibi profuturum.

Illepidus sermo.

Si non facies maiorem diligentiam timeo q̄ labor meus nullum penitus tibi fructum afferet.

Lepidus sermo.

Si non plus opere feceris vereor laborem meum nihil pro suo fructum tibi allaturum.

¶ Hoc similiter notatu dignissimū est. quoties hoc verbū volo vis vult. ꝛc. cum alio verbo infinitivi modi scribendū venit aut proferendū toties hoc verbū volo vis vult. ꝛc. i. verbū substantiū sum es est. ꝛc. et infinitivus in participiū futuri t̄pis. si permutauerimus iterū sub cōformitate accidentiū grāmaticalium cū casuali preposito. non parum leporis orationi adijciemus.

Incultus sermo.

Scripsi totius facti iudicium homines velle facere.

Cicero ad Lentulum Proconsulem.

Scripsi totius facti iudicium homines esse facturos.

Incultus sermo.

Ille putabat te velle querere. num vnū celū eēt an miserabiles

Cicero ad petū.

Ille putabat te esse questurum num vnum. ꝛc.

Incultus sermo.

Sulpitius consul. negabat se id velle pati.

Cicero ad Appium.

Sulpitius consul. negabat se id esse passurum.

Illepidus sermo.

Magister Cras ante solis ortum in Vergilio vult legere.

Venustior sermo.

Magister. Cras in primo diluculo. priusq̄ sol illuxerit. in Vergilio est lecturus.

Incultus sermo.

Paulinus aiebat q̄ ipse balneū vellet ingredi. intrare. petere.

Cultus sermo.

Paulinus aiebat se balneū esse ingressurū. intraturū. petiturū.

Illepidus sermo.

Promitto q̄ ego omnia volo facere pro vestra voluntate.

Lepidus sermo.

Spondeo me omnia esse facturum pro arbitratu vestro.

Incultus sermo.

Profiteor quod ego volo vobis semper morem gerere. auscultare obtemperare. obsequi.

Cultus sermo.

Profiteor me vobis semper esse morem gesturum. auscultaturum obtemperaturum. obsecuturum.

¶ Relativa item. qui que quod quos quas que. si in oratione situantur sequenti verbo futuri temporis pernegate omittunt. dum verbum futuri temporis in participium eiusdem temporis permutat. sic quod respondeat in accidentibus illi antecedenti quod prius referebat relativum iam omissum. ut is sermo.

Peribit.

Interibit.

Bonarum artium studio
querit nomen quod nunquam

Interdicitur

Cadet.

In preceps ibit.

Elegantius exprimitur

Periturum.

Interiturum.

Bonarum artium studio
querit nomen. nullo unquam

Interdiciturum.

Euo seculo

Casurum.

Inpreceps iturum.

Incultus sermo.

Compara tibi divitias que semper durabunt. manebunt.

Elegantius dicitur.

Compara divitias semper duraturas. mansuras.

Item

Res que celerem habebunt finem summa diligentia exposcimus.

Lepidius.

Res celerem finem habituras summopere exposcimus.

¶ Ut cum alijs casibus proferendus cum verbo futuri temporis. per belle sibi copulat hoc verbum sum es est. cum participio futuri temporis congruenti in accidentibus. cum casuali preposito. ut Tu quid ages. et quid tibi placeat pergratum erit si ad me scripseris.

Cicero ad Varronem.

Tu quid sis acturus et quid tibi.

Illepidus sermo.

Igitur si venies. scias necesse esse q tu venies.

Cicero ad Varronem.

Quapropter si venturus es. scio necesse esse te esse venturum.

Illepidus sermo.

Mens mea mihi predicat q aliquod malū mihi hodie eueniet.

Lepidior sermo.

Mens mea mihi presagit q aliquid mali hodie mihi est euentu-
rum

Illepidus sermo.

Si aliquā aduersitatem deus afferet equo animo patiar.

Venustior sermo.

Si qd aduersitatis deus est allatur? equo id aio sum passurus.

Ego ibo ad vniuersitatem Cracouiensem. Liptzensem. &c.

Lepidius dicitur.

Academia Cracouiensem.

Palestram doctrinarum.

Iurus sum ad

Gymnasium Cracouiense.

Asylum bonarum artium.

Quid Craconie ages. Elegantius. Quid Craconie es acturus.

Post tonitrua aderūt imbres. Veniūt sēpenumero pluuie. Ele-

gācius. Post tonitrua sunt affaturi imbres. sunt vēture pluuie

¶ Verborū preterea multitudinē euitamus per participia futu-

ri tps. nam loco illorum verborum dum vel si intendo. volo.

debeo. cupio. vellem. deberem. intenderem. scribere. bibere. &c.

breuiter et perpulchre ponitur participium futuri temporis.

abiecta si et dum. vt.

Incultus sermo.

Si intēdis vel cupis scribere carmē succi plenū. Vergiliū legito.

Ornatior sermo.

Scripturus carmen succi plenum. &c.

Illepi.

Dum vis bibere frigidioris aque haustum. &c.

Lepi.

Bibiturus frigidioris aque haustum. ad obliqua denera arduū

montis pergito et susurrantis scaturiginis fontem querito.

Incultus sermo.

Si debeo incipere Vergiliū. &c.

Cultus sermo.

Incepturus ego Vergiliū musas celeste domiciliū incolentes

in auxilium invoco. Incul.

Si vultis concipere recentioris aure spiritum.
cultus sermo.

Recentioris aure spiritum concepturi alti montis iugum ascendi-
te. ubi mitis aer molliter spirantis Zephiri vos afflat.

Incultus sermo.

Si cupis orare eas ad cubiculum tuum.

Lepi.

Oraturus cubiculum tuum intrato. Auditurus egregias discipu-
las ad Collegium ito.

¶ Item si duo verba eiusdem persone cum interiecta parte ut vel et
simul posita fuerint. omittatur ut vel et. secundum quorum ver-
bum in participium futuri temporis mutetur. ut.

Illepidus sermo.

Macellum petam et emanis nobis epulas. &c.

Lepi.

Macellum petam. nobis epulas ad cenam empturus.

Illepi.

Eamus Cracoviam ut assequamur doctrine pabula.

Lepi.

Eamus Cracoviam doctrinarum pabula assecuturi.

Item.

Pergamus ad quernum nemus et queramus. &c.

Lepi.

Ad quernum pergamus nemus. glandes ibi sub sacra Jovis ar-
bore quesituri.

Item

Sedeamus prope murmurantis fontis ad lapsum et accipiemus
somnia. &c.

Lepidius.

Sedeamus prope murmurantis fontis ad lapsum somnum in roseto
gramine et opacum frigus ab arboribus accepturi.

Item.

Ibo in nemus et indagabo: feras. &c.

Lepidius.

Ibo in nemus? varias in vmbrosis saltibus pecudes indagaturus

¶ Futurum infinitivi passivi cum primo supino elegantissime
ponitur pro gerundio accusativi casus et verbum esse. ut ama-
tum iri pro amandum esse.

Scribis te nunquam a me ludibrio ledendum esse.

Cicero ad Quintum Metellum.

Scribis ad me te existimasse pro mutuo inter nos aio et pro re
cõciliata gratia nunq̃ te a me ludibrio lesum iri.

Item.

Putabam omnia preferenda esse ad senatum.

Cicero ad Mar. Cathonem.

Eius literis omnia prelatum iri ad senatum putabam.

Item.

Memento q̃ mihi promisisti omne argentũ reddendum esse.

Lepidius.

Memineris velim te mihi pollicitũ esse omne argentũ redditũ iri

Item.

Estimabam me a te amandum esse.

Elegantius.

Estimabã p̃ sũmo meo studio erga tuos me abs te amatũ iri

¶ Fugit me. preterit me. lepide ponũtur. pro istis verbis nescio.
ignoro. Similiter silentio preterijt. pro tacuit.

Cicero ad Natium.

Te hominem doctissimum non fugit si Cesar rex fuerit.

Cicero ad Lentulum.

Sed te non preterit q̃ sit difficile.

Cicero ad Mar. Lucinium.

Non em̃ fuit aut mediocre aut obscurũ aut eiusmodi quod si-
lencio possit preteriri.

Item.

Secissem te equidem certidrem q̃z lubenter de abitione Pompo-
nij sed fugit me sane quando aut quorsum abiuerit.

Item.

Tantũ mihi molestie fecit Paulinus. vt id silentio preterire ne-
queo.

Item.

Quãuis p̃pter vie longinquitatẽ reris id qđ vobiscũ agit ad
me. q̃ longe absũm nō perlatũ iri. non tñ preterit me qđ egeris.

¶ Scripturi per verba video. intelligo. cognosco. ornatius scri-
bemus per hoc verbum perspicio.

Cicero ad Lentulum Proconsulem.

Quantum ego perspicio omnia que voles obtinebis.

Cicero ad Cornificium.

Sacias igit̃ vt ex pinarij literis tuum et erga illum. et erga Dyo-
nisiũ studiũ perspiciamus.

Item.

Hoc tibi persuade me oia que tibi accommodata fore prospero
summo semper studio esse facturū. Item.

Si obsequiū meū tibi unq̄ esse profuturū prospereris utere illo
pro tuo arbitratu. Item.

Si Pamphilo preclara indole puero opem mea causa tuleris
id mihi perspicies esse gratissimum.

Item.

Jampridē prosperi q̄d hois sit Lentulus nā plenus neq̄tiarū est
Missum facere lepidissime ponitur pro dimittere. omittere.
relinquere. aut posthabere.

Cicero ad Varronem.

Sed ridicula missa fatiam? presertim cū sit nihil q̄d rideamus

Item.

Studium bonarū artū cur missum feceris non possam nō ve
hemēter admirari. Item.

Cum tibi natura acce ingenii cōtulerit academiā Cracouien
sem ut nō missam facias te hortor. Item.

Obscenū libidinis pruritū ut missum faceres velim. qui ultra
id doloris q̄d affert animi hebetudinē et insipientiā est paritu
rus. Item.

Quid cause sit q̄d id. quod abs te scire summopere desiderabā
in lris ad me pudie perlatis. missum feceris non sane perspicio.

Item.

Si preclare victurus es. turpia missa fac et in honestis studiū
habeto.

Opus est mihi. tibi. sibi. nobis. vobis. illis. non illepide poni
tur pro indigeo. egeo. vel me oportet habere.

Cicero ad Varronem.

Auctoritate tua nobis opus est et consilio et etiam gratia.

Item.

Pecunijs nūc mihi opus est. quapropter si illas quas tibi su
perioribus diebus accommodavi ad me cū presentium portitore
perferri curares esset id mihi vehementer gratum.

Item.

Opus mihi esset nūc tua presentia cū presertim sperē res meas
oēs tua industria in bonū exitū esse venturas. Quāobrem si ti
bi nihil ardui negotij domi fuerit ad me ut q̄primū venias te
vehementer rogo. Item.

Vergilio (qui mihi magno vsui semper fuit) opus mihi esse
quare eum ad me ut mittas maximopere te rogo. si quicquam
librorum meorum optaueris id ad te confestim perferri curabo.

¶ Duco. existimo. censeo. reor. opinor. puro. autumno. arbitror
in eodem sensu sepe numero ponuntur.

Cicero ad Nulum Torquatum.

Nos quod Rome sumus miserimos esse duco.

Cicero ad Marcum Marium.

Que acciderunt omnia duri futura.

Ad Varronem.

Tibi igitur censeo latendum tantisper ibidem dum effervescet hec
gratulatio. Ad Marcum Lucinium.

Has literas velim existimes vim federis habituras.

Ad eundem.

Satis est hoc tempore arbitratus sum ad te scribere.

Item.

Si operam meam tibi accommodatam fore dixeris senties illam tibi
nisi quod defutura. Item.

Si quod erit quod ad te pertinere censebo. id studiose et diligenter ut
conficiatur curabo. Item.

Hoc tibi persuadeas volo me nihil diligentie esse pretermis-
sum in his que tibi conducere arbitrabor.

Item.

Tam gratum mihi fuit munusculum abs te mi amicitissime
mihi cum paulino missum ut nihil omnino gratius mihi unquam
euenisse putem.

¶ Exarare licet pro scribere venuste ponatur. tamen hoc inter
est. nam scribere est etiam ingenio aliquid facere. Exarare ve-
ro tantum figuras literas facere. *Exarare to vss. s. h. d.*

Cicero ad Cornificium collegam.

Hec cum essem in senatu exaravi.

Item.

Hec ad te agresti calamo exaravi ob celerem tabellarum abitis-

nem.

Item.

Plura ad te dum plus otij nactus fuero exarabo.

Item.

Exarassem tibi quamlibet quid Senatus Vratislavianus de
tua re decreuerit. sed nihil adhuc certi intelligere potui.

Hoc verbum intercedit ornate ponitur aliquando pro est.

Cicero ad Appium.

Veteres mihi necessitudines cū his omnibus intercedunt.

Ad Acilium.

Cum familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus.

Ad Publium Philippum.

Cum Antipatro Derbite mihi nō solum hospitium est verum etiam summa familiaritas intercedit.

Item.

Omnia mihi cū Petronio iura summe amicitie intercedunt.

Item.

Cum parente tuo magna mihi semper familiaritas intercessit.

Hoc verbum habeo habes. zc. mutatu in substantiuū est. et actūs vel acti sequētes. in ntrū vel ntrōs interpositis pnoibus mihi. tibi. sibi. nobis. vobis. illis. sic q̄ verbū substantiuū eiusdem sit nūeri cuius fuerit actūs vel acti. nō mediocrē venustatem affert. vt habeo patrem. melius dicitur. est mihi pater.

Cicero ad Valeriū.

Non moleste fero eam necessitudinē que mihi tecū est. notā esse q̄ plurimis.

Cicero ad Acilium.

Autum mihi hospitium est cum Lisone.

Incultus sermo.

Quale negotium domi habes.

Cultus sermo.

Quid tibi negotij domi est.

Item.

Nulle mihi sunt pecunie. Sat tibi mihi est.

Item.

Si mihi fuisset tm̄ eris quātū tibi. ad Italiā me dudū cōtulisse

Persuadere est existimare. iudicare. firmiter credere et opinio nem habere.

Cicero ad Silium Propretorem.

Sed puer ipse sibi persuasit te omnia mea causa facturum esse

Cicero ad Publium Philippum.

Sed mihi ita persuadeo. Item.

Vobis vt persuaderetis velim me pro veteri amore erga me vestro. omnia que vobis et honestati et vtilitati esse persperero summis viribus esse peracturum.

Rudis sermo.

Sirmiter credite q̄ in nulla re volo vobis obesse.

Elegans.

Id vt vobis persuadeat orō me nulla proisus in re vobis esse
offuturū.

Item.

Sic de me existimaretis. velim nihil esse tam arduū. qđ vestra
causa nō facerē q̄z lubēter.

Item.

Hoc mihi persuadeo qui mihi plus damni vnq̄z intulisset pre-
ter te fuisse neminem.

¶ Tametsi cura. opera. diligentia. idem significare videantur.
cura tamen ad animum. opera ad corpus. diligentia vero tam
ad corpus q̄z ad animum pertinet.

Cicero ad Lentulum.

Omnia mea cura. opera. diligentiaq̄z providebo.

Cicero ad Cornificiū.

Pergratū mihi feceris si dederis operam vt is intelligat meas
apud te literas maximum pondus habuisse.

Cicero ad Seruium Sulpitium.

A te peto vt des operā vt intelligat diligēter me scripsisse de sese

Item.

Cum diuini Platonis sententia in ep̄la penultima ad Architā
Tarentinū. nō solū nobis nati sumus. sed ortus nostri p̄tē sibi
patria vendicat. partē parētes. et par tē amici. te hortor vt plu-
rimū diligētie facias in artiū bonarū inquisitione. quib⁹ parēti-
bus tuis honori. amicis adminiculo. et patrie tue eris amplissi-
mo ornamento.

Item.

Tantum me opere cū gnato tuo esse facturum polliceor vt do-
ctus euadat non paululum tibi glorie allaturus.

Item.

Omni te cura in virtutū cultu et rerum perspicentia exercites
velim. quibus solis immortalē nomen in terris et gloria nunq̄z
labefactura nos manet in celis.

¶ Scripturi hec res est erit. vel fuit. vel hee res sunt erūt aut fue-
runt mihi magna. laus cura. voluptas. dedecus. scandalū. cu-
ra. gaudiū. vsus. adiumentum. adminiculū. auxiliū. presidium.
vituperatio. honor. ornamentū. honestas. utilitas. cōmoditas
solatium. &c. multo lepidius scribemus per datinos predictorū
noim. in quocūq̄ etiā casu pius sita fuerit. vt hec res fuit mihi
magne cure. summe laudi.

B i

Cicero ad Curionem.

Tibi gratulor et ut sempiternae laudi tibi sit iste tribunatus ero pro.

Cicero ad Publium Philippum.

Mihi ita persuadeo eam rem laudi tibi potius quā vituperationi fore.

Cicero ad Seruilium.

Pergratū mihi feceris si eū ita tractaris ut intelligat hanc meam commendationē sibi magno vsui atq; adiumento fuisse.

Cicero ad Curionem.

Nec vero cuiq; salutem suam ac fortunas suas tante cure fuisse unq; puto quante mihi sit onus eius.

Ad Caium Cassium.

Mihi etiam fuisti presidio tristissimis meis temporibus.

Item.

Speres tibi hanc rem fore maxime laudi.

Item.

Perchare fili mihi ne sis dedecori caueto.

Item.

Emori mauelim quā parentibus dedecori esse.

Item.

Litere tue ad sedetimū Kalendas Julias ad me plate magno mihi fuerūt gaudis.

Item.

Magne utilitati mihi fuit libellus quē mihi dono dedisti.

Item.

Speres te non parum mercedis a deo habiturum dum pauperibus adiumento fueris.

¶ Certiore facere. pro admonere significare vel scribere lepidissime ponit. Hoc tñ notatu dignū est qd oratores solo cōpatius et nō positius utunt. nō em̄ licet oratori dicere facio te certius sed certiozem. Nec licet. certus sum. sed certior factus sum.

Cicero ad Messinum.

Si quid acciderit te certiozem faciam statim.

Cicero ad Lentulum Proconsulem.

Legi tuas literas. quibus ad me scribis gratum esse quā crebro per me certior fias.

Cicero ad Terentiam.

Si quid erit certi faciam te certiozem.

Ad Marcellum.

Me tñ velim quod ad tempus te expectemus certiozem facias

Item.

Accepi Pamphilū Rome fuisse. q̄ si me certiozē feceris quid ibi
dem egerit erit id mihi non tam gratū q̄z quod gratissimum.

Item.

Ex me scire optas an Scholastici cetus moderamen missum
facere velim. nihil adhuc certi mecum constitui Verū postea q̄z
statuero faciam te evestigio certiozem.

¶ Mea causa lepide ponit̄ pro ppter me vel ob meū amorem
Similiter tua causa pro ppter te et sua causa pro ppter eum.

Cicero ad Publium Philippum.

Quid mea causa facere possis. nam quin velis non dubito ve
lim si tibi graue non erit. certiozem me facias.

Item.

Si presentū tabellario quicpiā hūanitatē tue mea causa exhi
bueris id mihi exhibitū putabo.

Item.

Si quid honoris et beneficij in germanū meū mea causa con
tuleris id te in meipsum contulisse existimabo.

Item.

Hoc tibi persuade Paulini rem omnium tua causa maxime cu
re mihi semper fuisse.

¶ Sum. es. est. boni consilij. mire probitatis. fortis animi vir
preclare indolis adolescens. mire pulchritudinis virgo. ornatu
us profertur in ablativo sic tamen q̄ persona que laudat vitu
peratur in fine locetur.

Cicero ad Titium.

Nulla fuit vnq̄z tam imbecilli mulier animo.

Ad Publium.

Extremū illud est. vt et horret et obsecrem aio vt magno sis.

Item.

Si humeris tuis magnū tristitiarū onus deus imposuerit. for
ti sis aio. speres q̄z te illius gratiā iā nūc esse consecutū. vel bre
ui consecuturū. nam q̄s hic merous tangit flagello sui vt me
minerint sollicitat.

Item.

Si ingentē deus sarcinam cernici tue iniecerit fracto et demisso
aio esse nolito. sed eius te clementiā adeptū esse confide. nā q̄s
in hac tristitiarum cōualle gurgite miseriarum perfundi/hos
ad celi verticem oculos vt subleuent misericorditer admovent

B ij

Item.

Si de summo celi vertice in nos qui i humili terrarū valle degimus. rapidus erummarū torrens defluerit. obdurato simus pectore et ne penitus ingurgitemur caueamus. et interea tps in accliuē montis collem ascendamus donec hec inundatio torrentis more subsederit.

Item.

Si deus in sata nostra grandinē miserit nō effeminato simus animo. et persuadeamus nobis eum futuro anno vberioris segetis fructu hanc nostram iacturam esse recuperaturum.

Item.

Pamphilum.	Suauissimis moribus.	
	Singulari probitate.	
	Temperatis moribus.	adolescētē cōmen
	Moderatis moribus.	do tibi plurimū.
	Egregia indole.	
	Multa doctrina.	
	Summa humanitate.	
Petrum.	Acerrimo ingenio.	Virum tibi com
	Precleara virtute	mendo.
	Mira industria.	
	Perspicaci minerua.	

Hoc maximo opere obseruandū q̄ adiectiua subscripta muta ta in eorū substantiua neutrius generis et substantiuū illius ad iectiui cuiuscunq̄ casus fuerit in genitiuum singularem aut plu ralem habito respectu ad numerum substantiui. multum orna menti affert orationi.

Multam in multum	Nullum in nihil.
Maximā in plurimū	Nullam in nihil
Modicum in parum vel paululum	Maiorem in plus.
Tantam in tantum	Maius in plus.
Quantā in quantū vel in quid.	Minorem in minus.
Aliquod in quicq̄ vel quicquam.	Aliquā in aliquid vel quod.
Quodcunq̄ quecunq̄ quācunq̄	in quicquid.
Aliquod in quid.	Has in hoc.
Aliquē in aliquid vel quid.	Hos in hoc.
Aliquas in aliquid.	Quem in quid.
Plurimam in plurimū.	Quam in quid.

Sufficiens in sat vel satis.

Nonnihil pro aliquid positum lepidissimum est.

Cicero ad Varronem.

Caninius tuus cum ad me vesperi venisset. et se postridie mane ad te iturum esse dixisset. dixi ei me daturum aliquid literarum.

Cicero ad Curionem.

Rogo atq; oro ne patiari mihi quicquid tempus ad hanc provinciam prorogari.

Ad eundem.

Profecto vides quid insidiarum et quid vanitatis in vita sit.

Ad Celiū edilem.

Cum hoc ad te literarum darem.

Ad Ternium.

Quicquid officij honoris in Gemilium contuleris id te existimo in rem meam contulisse.

Ad Caium Anthonium.

Si quid amoris in te residet erga me id omne in Pomponij negotio ostendas.

Ad Brutum.

Fac ut quicquid intelligam hanc meam commendationem illi tantum utilitatis attulisse quantum et ipse speravit.

Ad Plancum.

Et si reipublice causa maxime gaudere debeo tantum ei te presidij. tantum operis attulisse.

Ad Nulum Torquatum.

Sed cum plus in metuendo mali sit quam in ipso quod timetur.

Ad Quintum Metellum.

Litere fratris mei mihi tantum spei dederant ut in te non minus auxilij quam in tuo collega mihi constitutum fuerit.

Ad Caium Cassium.

In vestro ingenio et industria mihi plurimum et suavitatis et dignitatis constitutum puto.

Ad eundem.

De Hispania nihil adhuc certi. nihil omnino novi habemus.

Ad Appium.

A me autem cum parvulum otij nacti erim? uberiores literas expectato.

Item.

Non dum sat habes doctrinarum pro gradu Baccalaureatus assumptione.

Item.

Litere tue non parum mihi voluptatis attulere.

B iiij

Aliquas literas

Aliquod tempus.

Quante inst

die quanta va

nitatis.

Has literas.

Quodcumque

officium quem

cumque honore.

Aliquod amo-

nozem.

Tanta utili-

tatem.

Tantum pre-

sidium.

Maius ma-

lum.

Tanta spem

Plurima sua-

uitatem.

Nullum cer-

tum novum.

Modicum oti-

um sufficien-

tes doctrinas.

Parva volu-

ptatem.

Item.

Ista tristitia. Confide te post id tristitie non paululum gaudij esse habiturum
nam post nebulosam auram serenior sepe numero sol illucescit.

Item.

Si quid aduersi obtigerit speres clementissimum deum. que humane
calamitatis plurimum miseret. id tibi breui esse ablaturum.

Item.

Aliquod bonum. Si quid boni nobis acciderit. plus illico mali adest.

malus malum.

Item.

tantam infeli- Vehmementer doleo tantum tibi infelicitatis euenisse. cum tamen
citatem. deo sic visum est pacienter ut toleres te rogo. Memineris ve-
lim non semper ad anime salutem conducere longum dextero-
ris fortune statum. nam deus tristibus nos rebus in hac fluctu-
antis vite peregrinatione sepe numero afficit. ut ventura et im-
mortalis vite memores ad celestia suspiremus.

Item.

sufficientem Veror te nondum satis opere fecisse in literaria palestra. quod tam
operam. cito ad nos redieris.

Item.

Plura ad te scribam dum plus quietis habuero.

maiorē quietē ¶ Cito. statim. confestim. quod primum. prope diem. continuo. euesti-
gio. eundem ferme sensum habent.

Cicero ad Trebrianum.

Te cupio videre quod primum.

Ad Celiū edilem.

Sed ut spero prope diem te videbo.

Ad Caium Cassium.

Te vehementer rogo ut literas ad me continuo mittas.

Item.

Dum literas meas perlegeris euestigio Petronium nomine meo sal-
uum dicito. et ut nonnihil ad me literarum suarum det horteris.

Item.

Da operam ut confestim ad nos venias. nam consilio tuo no-
bis vehementer opus est.

Item.

An Paulinus id virium quod egrotando amiserat rursus re-
sumpsit fac me quod primum certior.

¶ Indies pro diebus. licet minus in usu sit pulchrum tamen est.
Mibi scito Indies maiori cure esse dignitatem tuam.

Item.

Si indies plus diligētie feceris indubie credo te in clarissimis vi-
rum esse euasurum. *Item.*

Si indies quicquam noni didiceris multum doctrinarum bre-
ui intervallo cumulate consequeris.

Item.

Quid rei sit q̄ me indies magis atq; magis molestas vehemen-
ter miror presertim cum nihil tibi mali unq; fecerim.

¶ Implicitus pro impeditus ornatum est.

Cicero ad Lentulum.

Scribis te priore estate q̄ morbo implicitus in Siciliam non
transires conficere non potuisse.

Item.

Sub tuam me presentiam contulisse lubens. sed varijs implici-
tus negotijs venire nequivi.

Item.

Non nihil utiq; literarū ad sororem tuam mei amicissimā dedi-
ssim. sed multis implicitus rebus distuli vsq; ad abitionē Pam-
phili. qui ad vos se postredie dixit esse profecturum.

Item.

Hoies aiunt Petroniū quartanis febribus implicitū id nego-
tij qd̄ sibi a consulatu impositū fuerat conficere nō potuisse.

¶ Pre se ferre. pre te ferre pulchre ponitur pro ostendere. aperte
iudicare. manifeste declarare.

Cicero ad Curionem.

Q̄ aut̄ significabas te meas desiderare literas pre te fers per-
spectum mihi quidem. sed tamen dulcem et optatum amorem.

Cicero ad Cornificium.

Om̄ibus inimicis reipublice esse acerrimū hostem pre me fero.

Item.

Quamuis Pamphilus se mei amicissimū esse ostendet. videtur
tū mihi aliquid fraudis pre se ferre. Nam sepe numero. ouium
vellere fous amicti vulpecule insidias intus fouent.

Item.

Q̄ mihi tanto intervallo nihil perscripseris non pre te fers sin-
ceri amici munus.

Item.

Delectat me sane plurimū q̄ in pauperū eruditione tantū ope-
re semper feceris. quo pre te fers singularem animi tui benigni

*Elegantiam
Obscuram*

eatem. quibus tibi nihil mercedis ab eis detur. multum tamen immo-
talis premij apud deum es tibi comparaturus.

¶ Ornatus est apud Ciceronem post substantivum ante adiecti-
vum addere hoc relatiuum. Is ea id. nulla tamen necessitate. nisi
si ornatus causa. vel etiam idem eadem idem.

Cicero ad Curionem.

A te vero bis ter ve ad summum et eas per breues accepti.

Item.

Joannes attulit mihi nuntium et id quidem per gratum

Item.

Tuum erga me studium et illud quidem a puero non possum non pro-
bare.

Item.

Accepi hodie abs te manuscula et ea quidem per pulchra.

Item.

Germanam tuam et eam quidem venustam maiorem in modum diligo.

¶ Petituri aliquid his verbis utemur. peto. rogo. oro. contendere.
queso. obsecro. obtestor. quodam tamen ordine. nam orare plus est quam
rogare. et ideo dum simul ponuntur rogare. quia minus signifi-
cat debet preponi. Similiter obtestari plus est quam obsecrare.
nam obsecrare est per sacra rogare. obtestari vero adiurare ut
liquido claret ex Horatio libro primo epistolarum ubi dicit Orate
per genium dextrarumque deosque penates obsecro et obtestor vite
mee redde priori.

Item contendere plus est quam petere. significat enim efflagitare. Et
queso plus est quam peto. Cicero ad Publium Sertum.

Te magnopere non hortor solum. sed etiam pro amore nostro rogo
atque oro. Ad Curionem.

Tanta est expectatio vel animi vel ingenij tui ut ego te obsecra-
re obtestarique non dubitem.

Ad Clunium.

Te maiorem in modum peto atque contendo.

Cicero ad Appium.

Te maximopere pro nostra summa coniunctione tuarumque sinceram
humanitate etiam atque etiam peto et queso.

Item.

Gratissimum mihi feceris si germanum meum in tuorum numero ha-
beas quod ut facias te non rogo. solum sed etiam oro et obsecro.

Item.

Quanti te semper fecerim omnibus perspectū est. peto igit̃ abs te vt causam meam quantū opus fuerit pro virili tueare quod si feceris perpetuo me tibi obsequio deuineris.

Item.

Vale et mei vt n̄emineris te rogo oro atq; obsecro.

¶ Hec aduerbia magnopere. maximopere. summopere maiorē in modū. in modū mirū. mirū in modū. vehemēter. pro maxie vel valde. elegātissime ponunt vt patuit in superiorib; exēplis.

Cicero ad Curionem

Reliqua sunt eplaz genera duo que me magnopere delectant.

¶ Similiter hoc geminatū etiā atq; etiā. iterū atq; iterū. adiunctū his verbis peto. oro. rogo. maiorē exprimit affectū. vt Johannes cognatus meus. quē vehemēter amo. tibi cure vt sit. te etiā atq; etiā rogo.

Item.

Peto abs te maiorē in modū. vt Pamphilū mei studiosissimū in tuā curā suscipias quatenus intelligat rogatus meos nō in parū sibi commodū cessisse. hoc vt facias te iterū atq; iterum rogo.

Item.

Ex quo Petronius sperat se meo intercessione in tuā grām esse venturū. te pro tuo in me amore in modū mirum oro. vt te sibi perhumanum exhibeas. quatenus intelligat preces meas sibi profuisse.

Item.

Petronius confidit opem tuā sibi mirū in modū cōmodaturā Quare vt percipiat me nō nihil ponderis apud te habere sibi adiumento esse velis te maximopere queso.

¶ Interest inter charū et iucundū. nam chari dicunt̃ q̄s in pretio habemus vtpote qui aliqua necessitudine nobis sunt cōiuncti. vt sunt filij. parētes fratres Iucundi vero qui aut virtutibus aut morū suauitate nobis sunt voluptati. et quoniā aliq̄s potest esse charus et non iucundus. Ideo solent hec duo iungi vt apud Iuvenalē. Iucundū et charū sterilis facit vroz amicum. Et in multis locis apud Ciceronem patet hec differentia

Cicero ad Curionem.

Illud profecto cognoscas mihi te neq; chariorē. neq; iucundiorē esse quenq;.

Cicero ad Lentulum.

Existimes velim neminem cuiq; neq; chariorē. neq; iucundiorē vnq; fuisse q̄s te mihi.

Item.

Charus
iucundus

Qui mihi charior ac iucundior vnq̄z fuisset dum a te discessero
scio neminem. Item.

Nihil est mihi sorore tua charius neq̄z iucundius.

¶ Eque pro tam . ac pro q̄z vel sicut ornatissime ponitur.

Cicero ad Curionem.

Me certe habebis cui charus et eque sis et perincundus ac fui
sti patri. Item.

Quem eque diligerē ac germanā tuam nescio profecto quenq̄z

Item.

Quicquid tristitiarum tibi obuenerit. eque ac tu perfero.

Item.

Si me furti accuses quo me pacto excussem noui optime . nam
mihi eque credendum est ac tibi.

¶ Tua sponte p̄ p̄teipm sine alicui⁹ impulsione. rogatu. Sile
sua sponte pro perseipm. mea sponte p̄a permeipm ornatū est

Cicero ad Celiū edilem.

Postremo non tam mea sponte q̄z potentissimorum duorum
exemplo hominem allicere volui.

Cicero ad Curionem.

In hāc sententiā scriberē plura. nisi te tua sponte satis incitatū
esse considerem. Item.

Tu tua te sponte in id miseriarum deiecisti.

Item.

Pamphilus sua sponte in id angustiarum deueniet vt semper
sit miser. Item.

Sateo: quidem me non mea sponte sed conuitijs laceffitum
obiurgasse te.

¶ Non vnā duas tres vel quatuor literas .zc. dicimus . sed
vnas binas ternas quaternas quinas senas septenas . Nam
litera elementum est. vt. a. b. c.

Cicero ad Curionem.

Vnis literis totius estatis res gestas ad senatū perscriberem.

Cicero ad Cneum Plancum.

Binas a te recepi literas . Corcire datas . quarum alteris mihi
gratulabere. q̄ audisses me meā p̄istinā dignitatē obtinere. al
teris dicebas vt velle quod egerim bene et feliciter euenire.

Ad Caium Cassium.

Ego si semper haberē cui darē lrās vel ternas in hora darem.

Item.

Licet quinas ad te iam dederim literas. nihil tñ responsi abs te
accepi hactenus.

Item.

Hesterno vesperi inter cenandū vne mihi litere tue allate sunt.

Item.

Senas quas ad me dedisti literas eo q̄ perscripte erant q̄z dili-
gentissime perseri curavi. si quid aliud est quod me vis facere
fac ut sciam. semper enim tibi presto sum.

Prepositio lepidius in medio q̄z in principio ponit casualiū
quibus deseruit.

Cicero ad Celiū edilem.

Quo in loco sepe ut ex te audiui Clitarchium tibi narrauit.

Ad eundem.

Ea que sequitur magno est in timore.

Ad Lentulum.

Omibus in rebus eum ita tractes. &c.

Item.

Quicquid auxiliū hac in re Petronio feceris id mihi factū arbi-
trabor.

Item.

Memini q̄ hac in domo fuerat magna vir p̄ndētia quo etiā
familiarissime semper vtebar.

Item.

Timeo q̄ pro tuo merito malam in crucē q̄q̄ sis iturus.

Item.

Quod ad tempus cōiugale fedus initurus sum cum apud me
constituero faciam te statim certiozem.

Molestē. egre. grauitē fero. Stomachor. est cum tedio accipio
seu displicet mihi.

Ad Celiū edilem.

Illud molestē fero nihil me adhuc his de rebus. habere litera-
rum tuarum.

Ad Ruffum.

Sane molestē tuli illa beneficia.

Ad Decium Brutum.

Cesaris mortem grauitē fero.

Ad Caium Cassium.

Si enim stomachabere ei molestē feres plura dicemus.

Item.

Q̄ heri aberas molestē nimis magister tulit.

Item.

Vereor q̄ magister egre tulerit meū absq̄ suo favore discessum.

Item.

Tm̄ mihi molestie fecit Pamphilus vt me temperare nō potui
quin vehemēter stomacharer.

Item.

Nihil vnq̄z grauius tuli q̄z tuum ex Academia Cracouensi
digressum.

¶ Perspectum est mihi. exploratū est mihi. tibi. sibi. nobis. vo-
bis. exploratum habeo. compertum est mihi lepidissime ponit
pro certum est. manifestum est mihi.

Cicero ad Edilem celium.

Exploratū est mihi ita esse vt tu scribis.

Ad Plancum.

Quo progredi velles exploratū satis habebat.

Deius Brutus ad Ciceronem.

Cum primū de Anthonio exploratū habuero faciā te certiorē.

Item.

Cum exploratū nobis sit quantū semper diligēte in rebus nr̄is
feceritis nunq̄z veriti sumus vt vos negligētie accusare patere
mini.

Item.

Tametsi mihi nondū sane perspectū sit. quid tibi meis in edi-
bus erat negotij. te tamen nihil boni voluisse scio

Item.

Jam dudum mihi compertum est q̄ nugator sis.

¶ Q̄ aperta sit differentia inter amare et diligere. et q̄ amare
maiozem vim habeat. ex Cicrone ad Dolobellam patet.

Cicero ad Dolobellam.

Tm̄ accessit vt mihi nūc deniq̄ amare eū videar antea dilexi
se

Item.

Ex quo te ab ineunte pueritia nō dilexerim solū. verū etiam ve-
hementer amauerim spero te hac in re morem mihi gesturum.

Item.

Ne vt diligas et ames magnopere rogo.

Item.

Quamuis te prius vehementer dilexerim. nunc vero cum bene-
uolentia: erga me tua indices magis mihi perspecta est et cogni-
ta te etiam amem oportet.

¶ Conficio verbum pro perficio. completo. absoluo. ornatissi-
mum est apud Ciceronem.

Ad Lentulum.

Id ut confitias scito esse eiusmodi.

Ad Varronem.

Audiamus quæadmodum negotium confectum sit. confectum enim esse existimo.

Item.

An Senatores id negotium quod cum Paulino eis erat confecerint fac ut sciam te rogo.

Item.

Ad me perscriberes velim an Pamphilus rem suam pro voto suo confecerit.

Item.

Te scire volo Petronium omne id litigium quod cum genere habuerat confecisse in suum maximum malum.

¶ Tantifacere est tam charum. tam pretiosum habere vel existimare. Similiter magni facere est pro magna re habere. parvifacere pro exigua parva et vili re existimare vel nihil curare vel parum.

Similiter floccipendere valet parvifacere. vel nihilifacere. nantiflocci nihil est. Hoc similiter notatu dignissimum est. quod hec comparatiua minoris. maioris. pluris. cum superlativo plurimi. ornantissime iunguntur his verbis sum es est. &c. Facio. existimo. duco. censeo. pendo. emo. sic tamen quod hoc substantivum pretij non expresse locetur. sed virtute subintelligatur.

Cicero ad Brutum.

Cura si me tanti facis quæti et Varro existimat ut æquissimum intelligam meam commendationem illi tamen utilitatis attulisse. quantum et ipse speravit.

Ad Caium Cassium.

Velim ad me scribas quid expectandum. quid agendum nobis existimas. magne erunt mihi litere tue.

Ad Silium Propretorem.

Pluris enim ex omni familia neminem facio.

Ad Caium Cassium.

Te plurimi facio. et socio eius ordinis auctoritatem apud me magni fuisse.

Item.

Plurimique omnes iam pluris existimant caduca corporis bona quam immortalis animi opes nullo seculo perituras.

Item.

Qui terrena floccipendit omnem anime cogitationem in divina dirigat.

Item.

Hoc tibi persuade me te maioris existimare quam rem meam omnem

Item.

Cum multa de te benemeritis sim vehementer admiror q̄ me tam paruis feceris.

Item.

Tanti te semper feci ut nihil unq̄z pluris existimaverim q̄z te.

Item.

Nihil esse arbitror q̄d apud ineruditum vulgus minoris existimatur q̄z sacrū literarū studiū.

Item.

Tanti modo emitur bubula caro ut nostri eui homines nō meminissent eam unq̄z tam charam extitisse presertim cum sat pabulorum in pratis ubiq̄z sit terrarum.

¶ Nuntium est id quod nunciatur. Nuntius vero tabellarius literarum portitor. baiulus. lator.

Cicero ad Celiū Consulem.

Cum optatissimū nunciū accepissem te mihi questorem obtigisse eo mihi eam sortem sperabam fore iucundiozem.

Seruius Sulpi. ad Ciceronem.

Scio non iucundissimum nuncium me vobis allaturum.

Item.

Litere tue triste mihi nuncium attulerūt. cū significarent Pamphinellam mei amantissimam. ex hac vita discessisse.

Item.

Vereor lugubre aliq̄d nunciū mihi esse affuturū. nam animus meus tristitiarum plenus presagit mihi aliquid maximi mali.

Item.

Letissimū tibi fero nunciū. Rex noster celesti adiutus numine Turcos fere oēs bello vicit. et captiuū suū populū ex hostili manu liberavit.

Item.

Savit deus ut verū sit illud nuncium. quod modo perceperim mihi edepol nihil foret iucundius auditu.

¶ Tempora subiunctivi mōi ppulchre ponunt pro tpibus indicatiui mōi. ut dederis pro dabis. feceris pro facies. perspererim pro persperi. Hoc tñ marie fit quotiens scribendū venit per cū dum si. re.

Cicero ad Apuleium.

Curaris pro
curabis.
Egeris pro
egisti.

Valde mihi gratum erit si curaris.

Ad Thernium Proconsulem.

Tu quod egeris id velim dī approbent.

Ad Lentulum.

Cum a vobis mee salutis auctoribus discesserim.

Ad Gallum.

Gratissimum mihi feceris si curaris. ut is intelligat me a te feceris pro
tantum amari quantum ipse existimo. facies.

Ad Cunium.

Hoc mihi cum gratissimum feceris tum viros optimos sum. Deinvteris
mo beneficio in perpetuum tibi tuisq; deinvteris. p deinvces.

Item.

Nil dubito quin ad te Petrus omnia que hic acta sunt dudum Perscripserit
perscripserit. Item. pro pscripsit

Si accepero te posthac in eum verbo vel facto deliquisse non. Accepero pro
speres te impune abiturum. accipiam.

Item.

Si recte philsofhabere multum tibi honoris apud homines Compaueris
et inenarrabilem apud superos gloriam comparaveris. p cōparabis

Item.

Deus omne id quod faciendum statueris ut secundet. exopto Statueris p
Statues.

¶ Gerundia que s'm Priscianū octavo maioris illum sequunt
casum. quē et verba ex quibus nascuntur. ut dicam. Intelligen
di Homerū causa venio. Intelligendo Homerū profeci. aman
do virtutē legi. Invidendū nobis nō est. et minime nocendum
virtuti. pervenuste mutatur in Gerundia que discernunt gene
ra et simili casui iunguntur. ut amande virtutis causa. intelli
gendi hominis gratia. et emendi mancipij studio venio.

Cicero ad Lucinium.

Nunq; mihi tui colendi aut ornandi voluntas defuit.

Ad Quintum Ligarium.

Et si tali tuo tempore. me aut consolandi aut iuvandi tui cau
sa. scribere aliquid ad te pro amicitia nostra oportebat.

Ad Plancum.

Ut primum mihi potestas data est augende dignitatis tue ni
hil pretermisi.

Ad Lentulum Proconsulem.

Gravissimis in senatu sententijs oppugnassim. neq; tam illi
us ledendi causa q; defendendi atq; ornandi Catonis.

Item.

Craceviam concessi capeffende doctrine causa.

Item.

Cum te iam pridem nō viderim ad res breui proficiscar. nam

C ij

percupidus sum videndi tui.

Item.

Ascendam pretorium visende choree gratia.

Item.

Tecum cogites velim. me defendendi honoris tui causa nihil pro-

Item.

Audiende lectionis studio ad collegium gressum dirigam.

Item.

Potandi veteris vini gratia ad cellam ambulo vinariam.

*Benemeritus
es de me.*

Multa bona mihi fecisti. Elegantius profertur. benemeritus es de me. Nam benemeritus dicitur qui alicui beneficium contulerit. ut parentes mei benemeriti sunt de me. valet multa bona mihi fecerunt. Item Nemo nescit me de te esse benemeritum valet. quilibet scit me multa tibi beneficia fecisse.

Cicero ad Lentulum.

Nec quicquam ex omnibus rebus humanis est preclarius aut prestantius quam de republica benemereri.

Ad Numatium causidicum.

Homines grati benemeritos de se commendare debent.

Item.

Cum nihil unquam de te benemeritus sum. propter tua tamen in me officia me tibi perpetuo iure obstrictum esse profiteor.

Item.

Cum genitor tuus tanta benemeritus sit de me. ut gratias sibi nunquam sum relaturus. servitutem tamen meam. si ea olim uti velit prebito semper futuram esse polliceor.

Item.

Patris tua optima femina tam benemerita est de me. ut nulla unquam parilitate ei eque sum responsurus. Quamobrem augende et tuende fame sue gratia accuratissimum me forte non dubitet veli.

A vita discedere. diem obire. deo natureque concedere. de vita migrare. pulchre ponit pro mori. Sed sicut poetas. ad manes descendit. ad orcum migravit. in orci familiam enumeratus est Plutonis regna subiit. Tartara penetrauit. valet mortuus est.

Cicero ad Curionem.

Si te ante videret quam a vita discederet.

Seruius Sulpi. ad Ciceronem.

Scriptum erat paulo ante lucem. marcellum diem suum obiisse

Item.

Nihil utilitatis consequimini quod ob filij vestri ex hac vita discessum. assiduis singulibus lachrimas excutitis. Memineritis velim hac nos lege omnes esse progenitos ut dum deo placitum fuerit. nostrum obeamus diem.

Item.

Quavis tibi vehementer condoleo quod filia tua de vita migraverit id tamen ut tolleranter patiare te hortor et rogo. Nam. quod certum tibi est ipsam diem suum obisse. tam certum est te esse moriturum.

Item.

Non satis queo comminisci unde ista hec peruersitas animis nostris suggerit quod divitias tanta aviditate accumulamus tanquam ex hac vita nunquam migrari et voluptatibus beluinis que nobis cum asino et sue communes sunt operam damus. ac si ad crastinum essemus diem nostrum obituri.

¶ Suam. tuam. meam. nostram. vestram. in quocumque etiam casu locanda veniunt. ornatus postponuntur his prepositionibus erga vel in. cum. casuali me. te. se. mei. tui. sui. etc. quoniam si preponatur minus enim concinne sonant prelocata.

*Amor erga
me tuum*

Cicero ad Lentulum.

Sunt enim testes et erunt sempiterni meritorum erga me tuorum.

Ad Curionem.

Gravi teste priuatus sum amoris summi erga te mei.

Item.

Vetus illa necessitudo in me tua omnibus perspecta est.

Item.

Singularis illa benevolentia erga me tua fiducie stimulos mihi suggerit. preces nullam proorsus repulsam apud te habituras.

Item.

Summus amor erga me tuus non paululum mihi spei confert. te votis meis esse auscultaturum.

¶ Statuo verbum vel compositum eius pro delibero decet non positum ornat plurimum.

Cicero ad Caium Anthonium.

Et si statueram nullas ad te literas mittere. etc.

Item.

Quid de re mea ipse statueris. fac si me diligis. ut ex te quod primum intelligam.

Item.

Nondum plene mecum constitui quid in Paulini negotijs factu-

C iij

rus sum. Verum tam statuero confestim ad te perscribam.

Item.

Quid Senatus de me statuerit mihi nondum compertū est. ut
reor: ea enim ipsum in aduersarij partē magis esse procliuē.

A teneris annis ¶ Inculcus is sermo dum puer eras. dū iuuenis fueras. te no-
ui te dilexi. te. Venusstius exprimit. a puero ab ineunte etate ab
ineunte pueritia. a teneris unguiculis. ab impubibus annis.

Cicero ad Plancum.

Amorem autē erga te ab ineunte pueritia semper habui.

Ad Lentulum Proconsulem.

Presta te eum qui mihi a teneris (ut greci dicunt) unguiculis
es cognitus.

Ad Titum.

Quam tu a puero presticisti.

Item.

Spero amicitiam nostrā qua ab impubibus annis colligati
sumus. nulla obrectatorum sinistra oblocutione esse periturā.

Item.

Joannem q̄ laudatissimā probitate. vir ab ineunte sua etate
exercerit dilexi sane plurimum.

Item.

Sororem tuam liberali forma puellam a teneris noui annis.

Item.

Pueri a teneris unguiculis honestis in locis asuescendi sunt
nam si iocis minus decentibus asuescant. nunq̄ legitimi et pro-
bi viri sunt euasuri.

Item.

Cum a puero te mei studiosissimū semp fuisse cognouerim nil
diffido te que ad rē meā pertinebūt summopere esse peracturū.

Mirabile dictū

¶ Sapina in. n. desinētia perlepide ponunt pro gerūdijs accu-
satiui casus et prepositione ad. quis em̄ nescit hoc. tum. q̄ bre-
uius est. tum q̄ iucundius est ad audiendū lepidius sonare si
dixero mirabile est dictū. q̄ si protulero mirabile est ad dicendū

Cicero ad Petum.

Differunt nihil esse obscenum nihil turpe dictū.

Ad Lentulum.

Difficile dictū est de singulis.

Ad Lepidum.

Tu pro tua prudentia quid optimum factu sit videbis.

Item.

¶ Quod utile factu fuisse si meis paruisses hortaminibus iam optime nosti.

Item.

Sedum relatu est quod pudie egerit Pamphilus.

Item.

Non est facile creditu quatis me affecerit doloribus inopinatus Paulini ex hac vita digressus.

Item.

Mulularia Plauti quam in pretorio coram Senatu et ciuibus Vratislanensibus egeram pulcherrima erat visu.

¶ Cum pro et facete ponitur. q̄ si duo ponenda veniūt. tūc dictio magis sonans semper addat secundo tum. vt Petronius est tum doctus. tum virtuosus. plus enim est aliquem esse virtuosum q̄ doctum et non virtuosum.

Tum geminatum.

Cicero ad Plancum.

Facilis gubernatio est. vt perducatur aut. magne tum diligentie est tum fortune.

Ad Pecum.

Cum Marco Fabio mihi summus est vsus. valdeq̄ eum diligo tum ppter summam probitatem eius ac singularem modestiam tum q̄ in his cōtrouersijs quas habeo opera eius vti soleo.

Item.

Paulinū semper amavi tum ppter summū eius ingenium tum ppter singularem probitatem.

Item.

Germanam tuam tum q̄ formosa. tum quia pulcherrime pudicitie virgo est. non possum non vehementer amare.

¶ Tertie inflectionis nomina tum in genitiuo plurali habentia. nominatiuum pluralem ornatius in is finiunt q̄ in es.

Cicero ad Cneum Plancum.

Accepi per breuis tuas literas quibus id quod scire cupiebam cognoscere non potui.

Ad Quintum Thernium.

Sed tñ tris fratres summo loco natos nolo habere inimicos.

Item.

Habeo tibi gratias immortales q̄ me tanto fauore cōplecteris

Item.

Cum omnis iam homines fraudis et doli pleni sunt. Antichristum credo breui esse nasciturum.

¶ Laudamus verbis probamus etiam rebus. probare item

probo.

est laudare vel confirmare.

Cicero ad Mar. Marium.

Istam rationem otij tui et laudo vehementer et probo.

Ad Lentulum.

Gaudeo tibi probare consilium meum.

Item.

Quod te minerue alumnus dedicaueris maiore in modis et laudo et probo.

Item.

An id quod egeris probem vel vitio dem nescius sum. nam quod rei inde euenturum est diuinare nequeo. Vereor tamen plus inde incommodi quam boni accidet. Deus id mali auertat.

Item.

Quis non vehementer probat id laboris quod in Gymnasio Cracouensi cum limatissima indole studentibus pro fame tue amplitudine susceperis.

Opitulari

Opitulari est opem ferre. ut opitulare mihi te rogo. valet opem mihi feras.

Cicero ad Plancum.

Subueni patrie. opitulare college.

Cicero ad Publium Sigulum.

Qui antea obscuris hominibus aut etiam fontibus opitulari poteram.

Item.

Cum mihi vnicus sit gnatus sibi ut opituler equum est

Item.

Opitulemini mihi misero vos per immortalem oro deum.

Item.

Ex quo Petronius non diffidit operam tuam sibi fore accommodatam. mea causa sibi ut opituleris per ultra mundanum rogo deum nam me paupertatis sue vehementer miseret.

Memini. meministi. et memoria teneo et non memoriter venuste profertur pro recordor vel cogito.

Cicero ad Valerium.

*memini me
memoria teneo*

Credo te memoria tenere me coram publico tecum locutum esse.

Ad Curionem.

Te rogo ut memineris et fortune et dignitatis.

Ad Petum.

Memini in senatu. disertum consularem. ita eloqui.

Item.

Non ambigo vos memoria tenere quantum mihi iniurie fecerit
Lentulus cum me furti accusaret. Item.

Utina studentes meminerint quantum eis ad cumulum honoris ac-
cedit ex liberalium artium indagine. Item.

Te velim meminisse illius diluvialis irruptionis. que priori an-
no sese ubique terrarum diffuderat. ut dum senio confectus fue-
ris illam posteritati memorare valeres.

In mentem venire est recordari. item cogitare.

Cicero ad Thernium.

Que mihi veniebant in mentem estimavi me ad te scribere oportere
Ad Appium.

Ego te quod tibi in mentem veniet mea interesse valde rogo.

Item.

Cum mihi mentem venit in qua de me in templo convenisti a risu
me tunc nequeo. autumo hominem illum furis agitatum in mentem de-
mentie incidisse. Item.

Heri cum ad rubetum visende amenitatis gratia me reciperem ve-
nit in mentem quod ex me sumopere scire desiderabas de pam-
phinella. et cum graminis virorem conspicio. etiam memoriam tenui
id quod de eius pulchritudine in morem herbe cito peritur me-
morasti. quod velim ipse sapias.

Per pro valde in compositione sonat. aliquando tamen pro plene ponit

Cicero ad Varronem.

Tu quid sis acturus et quid tibi placeat pergratum erit si ad
me scripseris.

Ad Dolobellam.

Sunt enim multi viri qui valetudinis causa in hec loca conveniant

Ad Celium edilem.

Tu velim ad me de animi reipublice statu perscribas. te vehe-
menter rogo. Item.

Ex quo te perbenignum in omnes prospererim quam inimice sortis ma-
litia demersi sunt multum mihi fiducie suggeritur te huic misero
suppetias esse facturum. Item.

In quem exitum negotium tuum omne pervenerit si ad me per-
scripseris pergratum mihi feceris.

**Opperior: verbum deponens. geminato. p. scriptum significat ex-
pector. moror. nam operior simplici. p. significat teger.**

Cicero ad Thorianum.

In mentem venire

Per. p. valde.

*Opperior: p. p.
pector moror*

Nihil puto tibi esse utilius q̄z ibidem operiri quo ad scire po-
ssis quid tibi agendum sit. Item.

Tu operire hic tantisper dum rediero. nam breui adero.

Item.

Ad collegium eas prope. et vise an magister lecturus sit. ego
hic operiar dum reuerteris. sed redi q̄z primum.

Item.

Operimini paululum hic dum sibi presentiam vestram dire-
cto scio etenim q̄ euestigio ad vos veniet. nam dudum cupi-
dus fuit videndi vestri.

Affio

Affio te. cū ablatino aliquod bonū vel malū significāte re-
presentat. do tibi. facio tibi. Silr. afficis me. facis mihi. &c. Sz
afficio: a te valet a te accipio. vt exēpli gratia. afficio te letitia
significat do vel facio tibi letitiā. affectus sum voluptate. va-
let accipi voluptatē. Illis vō verbis solēt adiūgi noīa passio-
nem animi aut corporis significātia. vt letitia. gaudiū. timor.
dolor. voluptas. tristitia. anxietas. meror. molestia. damnuū. de-
decus tedium iniuria. contumelia. munus. honor. ignominia.
beneficium. vulnus. mors. munus. &c.

Cicero ad Curionem.

Plurimis maximisq̄ muneribus et nos amicos et ciues tuos
vniuersos et rempublicam afficies.

Ad Celiū edilem.

Magno dolore me affecissent licere tue nisi iam et ratio ipsa de-
pulisset omnes molestias. Ad Thernium Proconsulem.
Adolescens potens et nobilis a te ignominia affectus esset.

Item.

Quanto me dolore id mali quod tibi obtigit affecerit nō fac-
le est scriptu. Item.

Spes mia Chrs.

Si immensum calamitatis pondus. deus tibi imposuerit eius
te benignitatem adeptū iri cōfideres velim. nam quos in hac
fluctuantis mundi tempestate erumnarū turbine afficit. hos
vt celestis dulcedinis mansura gaudia exoptent hortatur.

Item.

Indubie crederes. velim te etiam parentū ossa in sepulchris
magno gaudio affecturū. dum hic probe vixeris. Item.
Tam duris te cractatibus pessima tua vroz afficit. vt apud
manes esse in auelm q̄z cum ea pariter commorari.

Ego deceptus sum. Lepidius exprimitur auctore Cicero.
me mea fefellit opinio. spes vel existimatio.

*Memor
felli opinio*

Ad Appium pulchrum.

Id ne eum fallat te etiam atq; etiam rogo.

Ad Lentulum.

Vehementer cōfidit his nostris literis se apud te gratiosum fore.
que ne spes eum fallat vehementer rogo te. Item.

Xeris te tua sponte latinas literas adepturum. sed tua te fallit
opinio. nam nulla penitus ars absq; magistro discitur.

Item.

Dum tenera ibi etas est aim tuū in literarū studio vt aleres ve-
lim. nam mollibus ingenijs ars facile inserit. q; si tantisper pro
rogaueris dum etas aliquantulū induruerit tua te fallit opinio

Item.

Artium cupidus dum etas viget et mobilis est in earum te pri-
mordijs vt fatiges te hortor et moneo. nam si studiū tuū dum
consueueris. distuleris. falles certe existimationem tuam.

Item.

Tibi honeste victuro sit a puero in turpibus rebus verecundia
in honestis vō studium. nam probe minus educatus animus
viliora semper adamat. q; si in prauitate alitum ad morum de-
niq; cultum subleuare conabere. tua te longe fallit opinio. nam
surculi inprimis tortuosi. licet posthac in rectitudinē manu tra-
ctentur. ad naturalem redeunt prauitatem.

Item.

Estimabam me mature satis ad te esse peruenturum sed lon-
ge me mea fefellit opinio.

Conficio pro torquor. maceror. crutior. vel cōsumor. lepide
sonat. Cicero ad Publium Sigulum.

*Confictus senio
fanti fagora
solus. d*

Tamen nihilominus eius curis conficio.

Item.

Stroentioris etatis petulantia morū gravitate refrenare disca-
mus vt cū senio cōfecti fuerimus. ad lasciuia minus simus pro-
cliuēs.

Item.

Conueni hodie hominem miserimum tanta confectum fame
vt laxa cutis vir ossibus adhaerat.

Item.

Obuius mihi venit hodie vir tanta cōfectus inedia vt me illo

miseriorem arbitror vidisse neminem.

Item.

Pomponius ob filiole suae interitum tot et tantis conficit doloribus. ut hominem si videris aliam certe putares.

Orbis: prius

Orbus orba orbum. nomē tractum a parētibus qui liberis priuati d:bi dicunt. pro priuato sumit. Juxta illud Iuuenalis
Orba tigride peior. Cicero ad Figulum.

Itaq; orbis his rebus omnibus quibus et natura me et consuetudo. asuefecerat. Item.

Orbis utroq; parēte quē sibi eque fidū habiturus sit nō facile inueniet quenq;. Item.

Cum pecunie me deficiant omni quoq; suppellectili orbis sim quid rerum agam non intelligo.

Presto sum

Presto aduerbiū iunctū huic verbo sum es est. zc. in omnibus modis et tpiibus significat adesse. apparere vel paratū esse.

Cicero ad Cneum Pompeium.

De mea voluntate in te sic velim iudices me opera. cōsilio. studio. saluti tue presto futurum.

Ad Curionem.

Presto mihi fuit seruus tuus vrbem ingredienti.

Item.

Obsequium meum tibi presto fore polliceor.

Item.

Cracouiam mihi concessuro. charissima mea mater presto fuit et ob meum ab ea digressum large lachrimabat.

Item.

Si mihi hac vna in re presto fueris tibi bona fide promitto me posthac nihil abs te esse petiturum.

Conducere

Conducere significat vtile esse. vel commodum afferre

Cicero ad domitium

Illud tamen tibi polliceor. me quecumq; saluti. dignitatiq; tue cōducere arbitrabor tanto studio esse facturum. quāto semper studio et tu in rebus meis fuisti.

Ad Lentulum.

Mulum etiam puto reipublice conducere.

Item.

Plurimū conducit adoleſcētie incentiua calcare. ut cū ad perfectionis etatis gradū ascēderimus. eo facilius vitia pessunde

mus.

Item.

Quis nescit temperatū somnū. qui calorē stomacho ministrat.
vitales spiritus reficit. aīn purgat. et totū corpus ad honestā
actionē perducit. ad ingenij viuacitatē vehemēter conducere.

Item.

Vetulis et decrepitis hominibus. vinum aduersus senectutis
duritiā spiritū remediū nō parum conducit. nam vino ma
didi reniuiscer e videntur. et eos mestitie capit obliuio.

*f. m. d. i. colos qm
no firmi d. f. r. t.*

¶ Non mediocris differentia est inter agere. habere. referre et
debere gratias. nam agere est verbis. habere aīo. referre factis.
debere ex obligatione. Gratias dicimus verbis tm̄ et presentia
liter. Grates vero ferimus a re et factis dum recōpensam da
mus. et hoc presentialiter. Ad Celiū.

*Agere
Facies
Habere*

Tum vero quibus verbis gratias agam non reperio.

Cicero ad Valerium Jurisconsultum

Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter.

Ad Vatiniū Imperatorem.

Nec em̄ tu mihi grām. nō modo habuisti verūctiam cumula
tissime retulisti. Item.

¶ Me tam pulchro munere affeceris. nam illud plurimi facio.
gratiā tibi habeo singularē. breui cū te cōuenero acturus vbe
riorem. Item.

Dum tua in me beneficia tam cumulata sint. vt tibi gratias
non sum relaturus. agam tamen quoad vixero.

¶ Inter hec verba gratulor et gaudeo hoc interest q̄ nostram
letitiā exprimimus per verbū gaudeo. alienā vero per gratulor
nobis em̄ gaudemus. alijs vō gratulamur Juxta Tulij senten
tiam. Cicero ad Basilium.

*Nobis gaudemus
Alijs Gratulamur
Gryll v. m. d. f. r. t.*

Tibi gratulor. mihi gaudeo. te amo. tua tueor. a te amari. et q̄d
agas. quid ve agatur certior fieri volo. Item.

Gaudeo mihi in maiore modū q̄ scholastici cetus moderamē
sis affecutus. Deus det vt omne id laboris q̄d cū scholaribus
es habiturus tibi maxime sit laudi. Item

Tibi pro veteri humanitate in me tua vehementer gratulor q̄
minerue domicilio prefectus sis. facit deus vt omnia tibi ad
vota respondeant. Item.

¶ Antiquae bone valitudini restiturus sis mihi gaudeo. faci
at deus vt semper saluus permanear. Item.

D i

Pro mueno nostro inter nos amore tibi gratuler oportet qd id officij quo virtus tua magis elucescet tibi cōparaueris. id vt tibi deus secundet opto. Item.

Deus tuam conditionem vt approbet velim. nam mihi vehementer gaudeo. te in huiuscemodi statum sublimari.

C. Anni.

¶ Celare est abscondere. nō manifeste. non aperte exponere seu narrare. Dicimus em̄ celo te hanc rem. id est tibi nō aperte expono. Juxta illud Quidij in Heroidibus hoc te celauimus vnū. Et homerus in sedetimo Iliados inquit. Ede quicquid est nec me ista re celes. Cicero ad Celiū edilem.

Sententiā meā non facillime perspicere potuisti. non em̄ te celauis sermonem. Item.

Si me celaueris quibus me iniurijs affecerit Lentulus. coram plebe. infidelitatis a me accusabere. Item.

Quāuis ne quid litigij inter te et Pamphilum oriretur. ea que de te locutus sit. silentio preterire constituerim. quia tñ honoris tui eque ac mei semper fui studiosissimus. non possum te celare loquacitatem de te suam.

*Oblectat
D. L. L. L.*

¶ Oblectat. et delectat verba letitiā et voluptatē sonant. vt delectat me virens pratum. oblectat me vetus vinum.

Cicero ad Celiū Edilem.

In communibus miserijs hac tantum oblectabar specula.

Cicero in orationibus.

Studia humanitatis adolescentiā agūt senectā oblectāt. secundas res ornant. aduersis refugij et solatiū prebent. delectāt domi et foris nō impediūt. Item.

Delectarunt me litere tue maiore in modum. que te optime validudinis compotem esse significabant.

Item.

Quos epule et res simillime delectant veluti pecora humū pro ni spectant. nec que de ipsis successura loquet posteritas curāt. quos vero modestia delectat et status cūcta faciūt. quibus immortalē et eam quidē celeberrimā famam post se relinquunt.

Item.

In umbrosos ire saltus ubi multe delitescunt pecudes. et eas sagacibus indagari catulis delectat hercle plurimum.

¶ Tantisper pro tandiu. et dum pro donec venustissime sonant. Juxta illud Therentij in Heautontimoromenon. Tan-

*Tantisper
dum pro donec*

tisper te dici meum volo dum quod te dignum est facias.

Cicero ad Varronem.

Tibi igitur censeo latendum tantisper ibidem dum effervesce
hec gratulatio.

Item.

Siliole tue nuptias si tantisper prorogare poteris dū negotiato
res nostri ex Sarmacia aduenerint. gratissimū mihi feceris

Item.

Animum tuum bonarū artium alimēto tantisper alere debes
dum vixeris. exemplo Socratis. qui in letitia sedens et iamiam
moriturus. pulchrum fore arbitratus est priusq̄ e vita migra-
ret poemata ut faceret.

¶ Elegans modus dicendi est. pro eo quod est vobis exceptis
te excepto. Item preter te. si dixerō. cum a vobis discesserim. a
te digressum fecero.

Cicero ad Lentulum.

Sic em̄ vos existimare velim cum a vobis mee salutis aucto-
ribus discesserim. neminem esse cuius offitij me tam esse deuin-
ctum non solum confiteor sed etiam gaudeam.

Item.

Qui mihi vnq̄z charior fuisset dum a te discessero scio profecto
neminem.

Item.

Quem pluris facerem dum a te digressum tulero non habeo
quenq̄z.

Item.

Hoc mihi permolestum est q̄ pleriq̄z omnes ingratitude ar-
guendi veniunt. dum tamen a te omnium gratissimus fuisti.
discessum fecero.

¶ Studere est operam dare vel diligentiam circa aliquam rem
habere.

Studeo.

Cicero ad Lentulum Procon.

Lentulum nostrū eximia spe summa virtute adolescentē tū cete-
ris actibus quibus studuisti tum imprimis imitatione tui fac
erudias.

Item.

Te hortor ut philosophie studeas. cui nihil vnq̄z maius morta-
lium generi. velut scribit Plato ad Thimeū. Deorū munere da-
tum est neq̄ dabitur.

Item.

Virtuti semper studendum est. nam ipsa sola splendorē et eter-
num honorem affert facientibus.

D ij

*Proferuntur
Antiphonae*

Item.

Teipsum cognoscere ut studeas. te mones. Adicendum enim pu-
ro tua ignorare et aliena perscrutari velle.

¶ Proferre et antecellere est meliorem et excellentiorem esse. ut si dire-
ro per eloquentiam. reliquis hominibus tanto prestamus quanto
homines bestiis antecellunt. Jurguntur autem accusatio vel datio.
sed ornatus datio. Inde venit prestans. tior. tissimus.

Cicero ad Lentulum.

Nulla enim erit hac prestantior disciplina.

Item.

Prophudor est quod sedis te posterioribus libidinibus. cogitares ve-
lim nihil esse turpius homine libidinoso qui utique pecudibus ante-
cellere debet. in hoc quod rationis decretum non lascivientis sensus im-
petum perficiat.

Item.

Qui mentis compotes sunt. ut indocte prestent plebicoles sum-
mo opere elaborant.

Deficit mihi dies

¶ Deficit verbum. sicut oratores cum actus ornate construit et si-
gnificat carere vel deserere. ut si dixerem plura quidem scripsissem
sed deficit mihi dies. id est carentiam diei habui. Item vita mor-
talis cito deficit. id est deserit.

Cicero ad Servium Sulpium.

Ea me solatia deficiunt que ceteris non defuere.

Item.

Male mihi librorum in prioribus nundinis emissent. nisi pecu-
nia me defecisset.

Item.

Nihil tibi mirum sit quod sol hiberno nos tempore cito deficiat.
nam brevem in nostro hemisperio describit paralellum.

*Exemplum t
sicut in
manu.*

¶ Gratificari significat gratum vel acceptum facere.

Cicero ad Lentulum.

Pompeio se gratificari putant.

Ad Valerium.

Cur enim tibi hoc non gratificer nescio.

Item.

Putabam me tibi vehementer esse gratificaturum. quod centum tibi
aureos mutuaverim sed mea me fecellit opinio. spondidisti mi-
hi quidem te illos sine ulla prorogatione ad sextam Kalendas
Januarias esse redditurum. nunc vero cum illos repetere mihi
succensuisse videbare.

Item.

Nihil tibi puto esse honestius . nihil prestantius q̄z si virtutis
amore alicui gratificabere atq; seruias.

Nactussum a verbo nanciscor pro inveni vel repperi positū
lepide sonat. Cicero ad Lentulum.

Nactus sum

Nactusq; tempus hoc magis idoneum q̄z nunq; antea.
Ad Appium.

Pluribus verbis ad te scribam cum plus otij nactus ero.
Item.

Cum paululum quietis nactus fuero tibi omnia vt acta sunt
exarabo.

Proficiscor q̄uis significet oēm motū tñ marie de loco dicit̄.
vt Vergilius in primo Enei. Hunc letū tyrūsq; diem troyaq;
profectis. Ad Lentulum.

Profectus

Afficior summo dolore eiusmodi tpa post tuā profectionē cōse-
cuta esse. Ad Marcellum.

Tamen cū Theophilus proficisceret non potui ei nihil literarū
dare. Item.

Rumor ite te Romam esse profecturū. q; si me itineris tui comi-
tem esse velis. vna tecum irem q̄z lubenter.

Item.

Si te artū et virtutis tenet desiderū ad philosophandū profi-
ciscere Cracouiam vbi omniū doctrinarum magistra Pallas
placidissimam sibi delegit sedem.

Pretermitto verbū apud Ciceronem in frequenti vsu signifi-
cat pretereo relinquo. omitto.

Pretermittit

Cicero ad Lentulum.

A me nullū tps pretermittit̄ de rebus tuis et dicendi et cogitādi.
Ad eundem.

Nos tamen nihil quod ad eam rem pertinet pretermittimus.
Item.

Si quicquam noui vobiscum acciderit id ad me perscribere vt
non pretermittas te rogo.

Item.

De me sic existimares velim me nihil penitus laboris quod tibi
tuisq; utilitati esse persperero pretermisurum.

Item.

Quantū tantū mihi molestie feceris vt tibi iure optimo succen-
serem. tibi tñ dum accommodatus esse potero non pretermittam

D iij

facile. nō dubie.
Amat. rō. Supl.
et si nihil ex me commodi. nihil etiam habebis damni.
¶ Facile verbo adiunctū significat clare. seu nō dubie. Junctū
vero cum noīe erigit superlativum. ut facile doctissimus Desi-
derat etiā comparatiuū et nomina diuersitatem significantia.
ut facile dissimilis. et cōposita a pre ut facile prestat. facilis autē
hominem exorabilem significat Juxta illud Vergiliū in quar-
to Georgicorum. Et faciles venerare napeas.

Ad Lentulum.

Meam ergo te benevolentiam facile perspicies

Ad eundem.

Cui quidem litere tue quas proxime miseris (quod facile intel-
lexerim) periuicunde fuerunt.

Item.

Reliqua que ob celerem tabellarū profectioem tibi perscribere
nequini. ex Lentulo facile accipies.

Item.

Te arbitror iam facile persperisse quo in te semper fuerim anis
quā ob rem tibi persuadere nolito me tuis rebus esse offaturū.
¶ Potior verbū tercię coniugationis excepto infinitiuo ubi se-
quitur quartam sicut et in participio significat aliquid cū di-
fficultate. aut desiderio assequor. construitur autē aliqñ cū abla-
tiuo ut apud Vergiliū primo Eneidos. Egressi optata troes
pociunt arena. Et in tertio Enei. Polidorū obtruncat et auro
vi potitur. Aliqñ vero gen̄ sibi iungit. ut apud Ciceronem.

Ad Lentulum.

Otium exoptandū est qđ hī prestituri vident qui rerū pociunt
tur.

Ad eundem.

Nos quidem hoc sentimus si exploratū tibi sit posse te illius
regni potiri. non esse cunctandum.

Item.

Reipublice administrationē potiti. neq; honoris. neq; potentie
nec alicuius oblectamēti gratia iustitiā ceterasq; virtutes negli-
gere debent. quod si fecerint deum semper habent comitem.

Item.

Howea parum
h5
Longe vite potituri parentum senectutem fouere et prima et
maxima eis debita persolvere debemus. ut factis eorum vic-
issitudinem reddamus cum presertim nos salutē sue anteposue-
rint. et nobis omne id quod possidemus contulerint.

¶ Isti genitium mei. sui. nostri. vestri. ornatissime ponuntur cum istorum nominū comparatiuis aut superlatiuis. amicus amicitior amicissimus. amans amantior. amantissimus. Studiosus studiosior. studiosissimus.

Mi amantiss

Cicero ad Caium Anthonium.

Eum Pomponius homo oim meorum in te studiozum et officiorum maxime conscius. tui cupidus. nostri amantissimus ad te proficisceretur aliquid mihi scribendum putavi.

Ad Vatimum Imperatorem.

Hoc existimes neminem me tui amantiozem fore.

Item.

Petronium mei amicissimū tui q̄ studiosissimū tibi magnopere cōmendo.

Item.

Qui tui esse amicitior non facile reperies quenq̄. nam nihil periculi est quod tua causa non subiret q̄ studiosissime.

¶ Cum oratores et rethores affectus hoim et animos cōciliare soleant. Ideo ipsum verbum quod fini adiectum multum afficit. in fine potius locant q̄ in principio orationis. et obliquos post verbum ponendos. ante verbum ponunt.

Verbum in fine loquentis ponant.

Ad Seruium Sulpi.

Hoim summa probitate. hūanitate. obseruatiq̄ cognosces.

Ad Cesarem Imperatorem.

Publiū Crassum ex omni nobilitate adolescentē dilexi plurimū.

Ad Brutum.

Lutius Titio equite Romano. imprimis honesto et ornato familiarissime vtor.

Item.

Explorata promptitudine et acutissima intelligētia. adolescentem quē vnis mihi cōmendasti literis pro voto tuo tractabo.

Item.

Hebetissimo.

Obdurato.

Obtuso.

Agresti.

Ingenio puerū nō possum nō vehemēter odire

¶ Neminem et nihil negationis. i. quandoq̄. in fine vel prope posuerimus. ordē nostrā in maiore modū ornauerimus. Item faciendum cū signo vniuersali et particulari affirmatiuo.

Affirmatiua & negatiua in fine ponantur.

Cicero ad Appium.

Hoc mihi gratius facere potes nihil.

Ad Terentiam.

Inimici sunt multi invidi pene omnes.

Ad Valerium Jurisconsultum.

Nam illo si veneris tanq̄s Ulxes cognosces tuorū neminem.

Ad Curionem.

Illud profecto cognosces mihi te neq̄ chariorem. neq̄ iucundiorē esse quenq̄s.

Item.

Quem pluris facerem te vno noui hercle neminem.

Item.

Quod mihi plus voluptatis attulisset habeo nihil.

Item.

Indubie crederes velim negotia tua maiori mihi cure esse q̄ rem meam omnem.

¶ Annum mensem noctē diem. dum sine vllō interuallo abūisse significamus in actō ponimus. Sin autē aliquid more vel tempore interuenisse denotauerimus. in ablatiuo scribemus.

Cicero ad Terentiam et Tulliolam.

Mihi ante oculos meos dies noctesq̄ versatur squalor vester moror et infirmitas.

Cicero ad Lentulum.

Aulo Trebonio qui in tua provincia magna negotia et amplas et expedita habet multos annos vtor valde familiariter.

Item.

Quatuor iam annos in hoc minerve domicilio laborauerim. nihil tñ beneficiorū mihi collatū est. Item.

Licet duos tecum menses fuerim tibi semper obsecutus nihil tamen mercedis abs te recepi.

*Rationem huius
: respectum*

¶ Habere respectū vel considerationē ad locū tempus et personam ornate exprimitur per hoc quod est rationem habere. ut si dixerō. tuarū ego possessionū rationē habui. valet. respectum ad eas habui. Cicero ad Plancum.

Peto a te ut me rationē habere velis et salutis et dignitatis mee

Ad Appium Pulchrum.

Ut habere rationē possis quo loco me cōuenias ego in provincia veni. iter in Ciliciā facio. Item.

Glorie etatis tue rōem ut habeas te hortor. nā si nihil doctrine mō didiceris dum pigra senectus aduenerit. ignaue tue

vehementer penitebit. Item.

Optime no[n] si quāto sic nocumēto maloru[m] contuberniū. velis itaq[ue] habere rationē filij mei vt eorundē commerciū declinet. ne quicquam putredinis vuarum more ab alijs contrahat.

¶ Hic significat locū pre[se]ntē ei q[ui] loquit[ur]. Istic significat locū presentē ad eū q[ui] audit vel cui scribit. Illic vero locū absentē ab veroq[ue] Eodēq[ue] mō significat. p[ro]noia. hic. iste. ille. Breuiter ergo et pueniste hoc totū si dixerō. in eo loco vbi tu es. ex primo per istic.

Cicero ad Valerium Jurisconsul.

Ibi malis esse vbi aliquo nūero sis q[ui] istic vbi solus sapere videare quanq[ue] qui istinc adueniūt partim te superbū esse dicūt.

Ad Trebatium.

Pungit me rursus q[uod] scribis te esse istic libenter.

Item.

Da operam vt istinc veniam priusq[ue] abscesseris.

Item.

Non miro q[uod] Paulinus Romam possidauerit cū presertim ob viciatum aeris tractum illinc multos pestis enecuit.

¶ Satis mature a Cicero usurpatur pro satis in temp[or]e Nam teste Aulo Gellio mature dicit fieri q[uod] neq[ue] citius neq[ue] serius fit. sed mediū quoddā est temperatū. vt si dixerō. estimo te satis mature Craconiā esse venturū. Vnde et scite Vergilius in primo Enei. dixit. Naturate fugā. id est nō celeriter sed temperate facite ne ex celeritate verse forent naues.

Ad Appium pulchrum.

Ad te statim manu mea scriptas literas misi. quas quidem ex tuis literis intellexi satis mature ad te esse perlatas.

Item.

Tarditatis me arguis q[uod] te de Pamphili rebus nō fecerim statim certiozem. non sic tibi mora longa. mature satis statim negotiorum ad te perferri curabo.

Item.

Verebar nos vir ad solis occasum huc esse profecturos. cū tū m[er]itū nimis peruenerimus. reor nos ad duo ferme miliaria antea q[uam] sol ruat esse ituros.

Item.

Consulerem certe vt hinc mature proficiscemur. nam longum nimis iter est.

¶ Si cum vel talem locum scripturus Lepidius scribam per eo

Hic
Istic
Illic

Satis mature

peruenuste autem aliquando dum opus fuerit subiungit quo quod valet in quem locum.

Cicero ad Appium.

Sed eo concessisti quo ego te ne persequi quidem triginta diebus possem. Item.

Spero nos mature satis esse concessuros eo.

Item.

*Tempus ling.
quod te confinis
vult.*

Cum pestilentie morbus que deus auertat incrudescere ceperit tibi suadeo ut eo gressum feras quo clementioris aure spiritum haurias. Item.

Utinam rapidus me turbo eo perduceret vbi Arabum saltus timiama et opobalsamum spirant.

*Non solum
non modo
non in.*

¶ Non solum. non modo. non tamen ex vna. sed etiam. verum etiam sedet ex altera parte venustissime sibi inuicem correspondent.

Cicero ad Appium.

*Si
Si d. tua
Item tunc*

Me tibi amicum. modo. verum etiam amicissimum existimes velim.

Ad Petum.

Nec solum tua commendatione que apud me valet plurimum sed etiam voluntate ac iudicio meo. Item.

Paulinus homo est non prudens tantum. sed et vir equus et curiosus. Item.

¶ Si os tuum impudens non cohibueris non conuictis modo afficeris verum etiam vapulabis.

Frugi. vult.

¶ Pro utili aut fructuoso perpulchre ponitur hoc indeclinabile frugi. teste Quintiliano libro primo. Mar. celius se esse hominem frugi vult probare. Et Plauto in asinaria. Quamquam ego sum sordidatus frugi tamen sum. Et rursum. Meum virum frugi rata sum. Cicero ad Petum.

At vero piso ille frugi in annalibus suis queritur adolescentes libidini deditos esse. Item.

Frugi tibi erit si meis hortaminibus morem gesseris.

Item.

Qui negat

Quis dubitat viros illos frugi esse. qui recte philosophantes rerum publicarum gubernationem adipiscunt. nam Plato scribit in sexto de republica. Nisi philosophorum genus ciuitatis suscipiat gubernacula. nec ciuitati. nec ciuibus ullam fore requiem.

¶ Negatio non repitita. interiecto verbo possum valet necesse est vel oportet. Exempla patent prius.

Ad Petum.

Non possum ei non amicus esse.

Ad Dolobellam.

Tamen nō possum nō confiteri cumulatū me magno gaudio.

¶ Minerva dea et multarū artū inventrix cū artem et rationē polliceat. plerunq; apud Ciceronē pro ingenio ponit. Autore etiam Horatio. Tu nihil inuita facies discesq; minerva.

Cicero ad Appium.

Id puto me non inuita minerva esse facturum.

Item.

Tantum minervae habet Pamphilus. ut qui eum sensu acrimonia antecellat non puto facile inuenies quenq;.

¶ Conuenire pro alloqui apud Ciceronem est vsitatissimum.

Ad Appium.

Si Clodium conuenero ex illius sermone ad te scribam plura.

Ad Eundem.

Quod scribis tibi manendi causam eam fuisse ut me conuenires id mihi ne mentiar gratū est.

Item.

Ut te non pretereas quo me loco conueneris ad rubetū eo virentia gramina visurus. si quispiā ubi sim rogauerit ibi me offendes.

Item.

Venter mihi vacuus fame crepitat. Ibo domum et matrem conueniam ut mihi paululum cibi det.

¶ Voce neutrali utpote nullum vel nihil ornatissime utimur loco cōparatiuorū masculini vel feminini generis eo q; neutrum genus indifferens est ad utrūq;. ut si dixerō. nihil est Paulino prestantius. valet. nullus vir est prestantior Paulino.

Cicero ad Dolobellam.

Nihil est enī. crede mihi. virtute formosius nihil pulchrius nihil amabilius.

Ad Papiriū petum.

Scio enim tibi me nihil gratius facere posse.

Item.

Sorore tua nihil est venustius. nihil certe incundius.

Item.

Nihil egregio adolescente conducibilius. nihil honestius q; tenellum suum animum pulcherrimis alere disciplinis.

¶ Accōmodatum pro vtili et necessario apud Ciceronem non minus vsitatum est. ut in multis patuit exemplis.

*Minerva
Ingenio*

*Conuenire
alloqui*

no defamit.

*Accommodatum pro
vtili & necessario*

Ad Appium.

Te quoque confido ea esse facturum que mihi intelliges maxime esse accommodata.

Ad eundem.

Tamen mihi ille dixit accommodatum semper fore tibi si ad illam maritimam partem accessissem.

Ad eundem.

Erit id mihi multo brevius. multoque accommodatius.

Item.

Non nimia gestire leticia. nec magno nimis dolore affici. vehementer accommodatum est homini rationis acumen observaturo.

Item.

Si operam meam tibi accommodatam fore perspexeris illam tibi peculiarem esse putato.

Propter tuam amicitiam erga me et eosimiles sententie ornatus multo scribunt per hanc propositionem pro accusativis mutatis in ablativos iuxta naturam prepositionis.

Cicero ad Publium Philip.

Te autem pro veteri nostra necessitudine etiam atque etiam rogo.

Ad Lucium Paulum.

Nunquam mihi fuit dubium quin te populus Romanus pro tuis summis in rempublicam meritis consulem facturum esset.

Ad Curium Proconsulem.

A te maiorem in modum peto ut eum pro nostra necessitudine in tua fidem recipias.

Item.

Existimabam pro magno meo in scholares studio aliquid me inde fructuum esse reportaturum. sed longe aliter evenit atque credideram.

Ubi qd
Erit in
Loco
Tulian

Apud omnes gentes. terras In omni loco. scripturi. venustius scribentur ubique gentium terrarum locorum. Similiter per oppositionem. nullibi terrarum. locorum. gentium. vel nusquam gentium. quod valet in nullo loco gentium. Similiter alibi gentium terrarum. ac. valet apud alias gentes. terras. ac.

Plautus in Amphitruone.

Inimmo ego te nisi nunc hodie nusquam vidi gentium.

Idem in Menechmo.

Nusquam perhibentur blandiores gentium meretrices.

Item.

Nullibi gentium esse in aelium quam Rome.

Item.

Et quo letisere Appollinis sagitte ubique ferme terrarum in hu

manū genus decidat. illas et in hāc nostrā plagā esse casuras
pertimesco. *Item.*

*Existimo nullibi locorū tabide pestis luem magis incrudescere
q̄z ubi terre limosis paludibus irrigue fetidū exalant vaporem*
*¶ Pro apparet mihi vel tibi sic. venustius ponit. video: mihi
tibi. zc. et non videtur mihi tibi. zc.*

*Ubi p. p. s. magis
incrudescit no.*

*Videor mihi
tibi d.*

Cicero ad Appium.

Cuius mihi videbar fidelitatem erga te persperisse.

Ad eundem.

*Cum Lutium Clodium Corcyre conuenissem mihi cū illo. cum
loquerer tecum loqui viderer.*

Ad Thernium.

Et si mihi video: intellexisse.

Item.

*Pro magnis tuis in me meritis non video: mihi vnq̄z tibi gra
tias referre posse. *Item.**

*Video: mihi probe intellexisse q̄d tecū de me locutus sit Pam
philus. *Item.**

*Et si ab ineunte pueritia in lris semp sim versatus. centū q̄z an
nos in illarū studio explerē. paululū tñ doctrine viderer affec
tus. dum ad ea que discenda remanerent rationem habuero.*

*¶ Vaco verbū cū abltō constructū carere significat vel egere.
ut vaco pecunia id est careo. Cum dōs vero significat operam
dare. ut adolescēs vacat philosophie. i. studet vel operam dat.*

*Vaco p̄m̄na
i. vaco*

*P̄m̄na vacat
philosophia*

Cicero ad Curionem.

Presertim q̄ in quo accusabar culpa vacarem.

Item.

*Qui dulcissimos studiorū fructus autumnali senectutis tpe est
lecturus ille animi sui culture sub verno sydere dum corpus suc
ci plenum est. ut tacet necesse est. *Item.**

*¶ Miror tanti te Ptolomeū emisse. cū presertim nunc ere vaces
nec aliquam fidutiam consequende pecunie habeas.*

*¶ Operepretium est elegantissime etiam ponitur pro utile est
necessarium est.*

*Operepretium est
i. utile est
conducit*

Homerus in nono Iliados.

*Ad quem respondens Achilles operepretium inquit princeps
circumspectissime me istiusmodi orationi respondere.*

Item.

Doctus vir eius suras operepretium est ut eo te conferas ubi pu-
blice optimarum artium sunt professiones. Item.

Hortos et pomaria habiturus operepretium est. ut ante surcu-
los ponat insitionem faciat et herbas aromaticas plantet.

Ab aio meo
excidit.

¶ Oblitus sum. ornatus expunit. ab aio meo excidit. vel ab
aio effluxit. Cicero ad Trebatium.

Si nostri oblitus es. dabo operam ut istic veniam antequam pla-
ne ex animo tuo effluo.

Cicero ad Lulum Luceium.

Que cogitatio cum mihi non omnino excidisset etenim penitus insederat.

Item.

Ab aio tuo nondum excidisse reor quod ad te prioribus literis scripseri-
mus quod autem mihi more non gesseris te. crede mihi. vehementer pe-
nitebit.

Item.

Id mali quod antea mihi feceras. ab aio meo nondum effluxisse
cogitares velim. Quapropter me laceffere ut desinas te hortor
quod nisi feceris eveniet tibi aliquid maximi mali.

Item.

Exquisitissimus Petronij dolus quo me fefellerit menti mee in-
stantum insedit ut nullo unquam pacto excuti et effluere poterit.

Ameti in florulento Cicero

et niane eloquentie campo: multi alij herbescētis viri-
ditatis pullulent surculi. Plurimaque creuerint gra-
mina aromaticā suavitatem spirantia in angustum hunc hortu-
lum non complantata. tum quod partim ab aio exciderint. tum etiam
quia humillimis folijs terre adherent questu sunt difficillima
satis tamen voluptatis me vobis pro mollis ingenij abilitate adue-
nisse arbitrabor. Dum cerebelli vestri fragilitatem aliquo saltem
istiusmodi viridarij flore refeceritis. verum posteaquam nati eritis
grandiores in spatiosissimum Tullij pratium uberiore florum dul-
cedine refertum. enestigio ut ambuletis vos non hortor solum.
sed etiam maiorem in modum rogo. Corvini quoque aliqui ut me-
mineritis vos obsecro qui omne id virium quod ultramunda-
nus dederit deus pro ingenij vestri incremento effundere pre-
sto sum Iterum valete. Ex Vratislavia pridie nonas Septem-
bres. Anno domini Millesimo quingentesimo secundo.

Laurentij Corvini Nouoforensis.

Ode Sapphica Endecasillaba. Dicolos Tetraastrophos. Pe
onice de Polonia. et eius Metropoli Cracouia.

Terra diffusis spatiosa campis.
Tenditur longe geminam sub Arcton
Nulle quam durus renouat Seracem
Sarmata bobus.

Hanc licet multi latices ameno
Alluunt riuo: tamen inter amnes
Pulchrior multas vitreus peragrat
Vistula gentis.

Cernlum tollens caput a niuosa
Rupe: torrenti similis rapaci
Deinde congesto patulos fluore
Fertur in agros.

Regie celsos sinuosus vrbis
Præterit muros: vbi Gracchus horum
Auctor: agresti statuisse fertur
Iura colono.

Hic sibi pulchram Ioue nata sedem
Pallas elegit: teneramq; virgo
Imbuit summi patris erudita
Dote iuuentam.

Edocet formis varijs solutum
Lite discordi chaos: et latentis
Prima nature peritura nullis
Semina seclis.

An deus nubes ve tonent aquose
Aeris spissi: trifidum vt iacentes
Sulmen in terras iaculatur ictis
Sepe fragoso.

Vnde Humales veniunt puine
Et vapor largo resolutus imbri
Slabra ventorum. reflueq; magna
Teryos estus.

Cur situs chari regione fratris

Laus vrbis
Cracouie.
ab achade-
mia.
A philoso-
phia.

Ab astrolo-
gia
et ij

Roscidus Luce globus it sub umbram.

Sepe mortales piceam tuentes

Lampida terrens.

Aureus crispo veniens ab Indo

Phebus: astrozumq; sui motus.

Hic viros lustrat nimium profunda

Mente capaces.

Presagi sancte laticis puelle

Hic sonant plectro modulos canoro.

Colle Cirtheo et sapiens relicto.

Ludit Apollo.

Educat pulchras Venus hec puellas

In Iouis summi thalamos ituras:

Poma: que sole teneant Atlantis

Aurea digne.

Aut odoratis sedeant in herbis

Qua nemus mirrha redolet Sabeum.

Sundit et rubri pelagi niuales

Concha lapillos.

Pulchrior virtus latet in venusto

Corpore: a nullo interitura fato:

Dotibus cuius veniunt per eunus

Omne canende.

Nec procul multa specus excavatus

Arte: sub fauces Herebi profundas.

Tendit. et dicitis tenebrosa nigri

Tartara pulsat.

Intus obscure posuere noctes

Turbidis sedem tenebris opacans

Etheris picti iubar expositum

Usq; perose.

Nam nec Aurora radijs: nec vlllo

Sole lustratur. superum per arenam.

Sive sub terras ruit ad sepulti

Orbis alumnos.

Huius e cecis latebris amare

Exeunt rupes salis: et sub auras

Turbinis magni superas citata

A poetis.

A venustate
puellarum.

A pudicitia
earundem.

A copia sal.

Mole trahuntur.

Sub cultis specus hic cavernis
Sontis eterni laticem: is rigorem
Contrahit puri salis ut calenti
Estuat igni.

Ista Saturni senioris astro
Luido: et pigro remeantis orbe
Terra fecundis nimium dehiscit.
Seta metallis.

¶ copia plū
bi.

Nulle nec longe rapidis equorum
Cursibus fertur globus inquietus
Sive Sol lucem vehit: aut opacas
Luna tenebras.

Inde connerum subitura celum
Æra inexhaustis latebrosa venis
Et simul surgit rudis impoliti
Lamina plumbi.


Hec viros tellus alit alma vasta
Mole proceros: Viadi fluenta
Distule aue quales nemorosa radunt
Flumina quercus.


¶ proceritate
viroꝝ.

Marcij crebro proceres capestant
Arma in hostiles ruitura turmas
Et ferune pulchris spolijs onusti
Sepe trophæum.

Que tuis summe pater incola artis
Sira delubris tibi consecrarunt.
Rursus ut dextro patrios reuisant
Marte penates.

¶ Impressum Liptzæ per Jacobum Thanner Her
bipolitanum Anno a virginis partu Mille
simo quingentesimo undecimo.










ARB: 47 13/a, 3


ULB Halle 3
002 427 702



Sb.







Hortulus Elegātia

rum Magistri Laurentij Corvini
Novoforensis . partim ex Marci
Tullij Ciceronis surculis : partim
ex suo germine consitus . In cuius
fine describitur Cracovia Polonie
Metropolis carmine Sapphico.

7